HIERONYMUS
Saint-Amand, Wende 8./9. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

abda melech. spadonis consilio atq: presidio hieremias demostas peri
culo liberatur; in principio regni ioachim filii iosiae regis iuda.
Factum est uerbum hoc ad hieremiam ad nō dicens; hoc in medicione lxx.
non habetur. & multa putant sequentia capitulis ee. principium. quod
nequaquam ita est. sed iungendum superiori. ut quid quid dictum refertur.
& factum in principio regni ioachim factum esse credamus. Unde & mit
tendi in aegyptum quasi adamicum regem habuit potestatem; uidentur
autem mihi lxx. titulum istum hac ratione soluisse. ne secundo dicere
uiderentur; iamenim in principio posuerunt. in principio regis ioachim
filii iosiae regis iuda. factum. e. uerbum istud ad nō dicens. haec dicit dns
ad me. facti uinculis & catenas. siue καθίρις. qui hebraice apellan
tur muthot & sermone uulgari boius uocant. ponesq: eas in collo tuo. & mit
tes ad regem edom. & ad regem moab. & ad regem filiorum ammon. & ad
regem tyri. & ad regem sidonis. per manum nunciorum qui uenerunt hie
rusalem ad sedeciam regem iudae. & praecipies eis ut ad dominos suos loquan
tur. haec dicit dns exercituum ds isrl: haec dicitis ad dominos uros; praeteri
ta uisio in principio facta est ad prophetam regni ioachim filii iosiae regis iuda.
haec autem sub sedecia qui ex eremus regnauit in hierusalem. & sub quo
urbs capta est atq: subuersa. praecipitur q: hieremiae catenas siue furcas
ligneas quae ut dicimus hebraice appelluntur muroth. imponat collo
suo & mittat eas ad reges edom. moab. filiorum ammon. tyri sidonis. per le
gatos qui uenerunt ad sedeciam. & praecipiat suis dominis nuntiare quod
regi nabugodonosor seruire debeant; & audiat sequens prophetae sermo
prosequitur. Ac ne forsitan legati & reges istarum gentium responderent.
quur hoc tuo populo non praecipis sedeciae quoq: regi similia loquitur. &
sacerdotib: ac prophetis hunc locum allegoricus semper interpretes & histo
riae fugiens ueritatem. interpretatur de caelesti hierusalem quod
debeant habitatores eius sponte adsumere corpora & discendere
in babilonem. id est confusionem mundi istius qui in maligno positus. e.
& seruire regi babilonis. aut dubium quin diabulo; quod si hoc facere
noluerint. nequaquam eos gratia corporum postaturus. sed periturus